ruerūt illā ex dono grē ſibi facto. Nullꝰ au
tē recte ſentiēs dolet ſi ſibi nō fit grā q̄ fit
alteri: q2 h̄ eſſet murmurare ꝯtra eū q̄ vni
ꝛ nō alij grām facit: qđ nō eſt ſapientis.
Sc̄do arguit. Quicūq3 deſiderat aliq̄d ꝛ
ꝓuat eo: neceſſario dolet. Oēs aūt hoīes
deſiderāt naturalit beatitudinē. ideo q̄ il-
la ꝓuant: vt iſti: neceſſario dolēt. Ad h̄ di
co ſm mentē ſancti Tho. vbi ſ. ꝙ duplex
eſt voluntas. ſ. ꝑfecta que ſi nō implet ſe-
quit inde triſticia: ꝛ impfecta q̄ d̄r vellei-
tas q̄dam ſm quā aliquis aliq̄n d̄r velle
impoſſibile: puta volare: nec tn̄ dolet talis
ſi non volat. Reſpectu ḡ beatitudinis ta-
les nō poſſunt habere voluntatē ꝑfectā q̄
nō eſt impoſſibiliū: q2 ſciūt hoc eis impoſ
ſibile eſſe: ſed tm̄ impfectā: iō nō dolebūt
Etſi dicat ꝙ ſciūt ꝙ potuiſſent illā adq̄re
re ꝑ baptiſmū: dico vt ſupra ꝙ h̄ ſolum ex
gratia erat. Qui tamē ꝯſecuti iam fuerit
gratiam baptiſmalē dolebūt ſi eam nō ha
bebūt: q2 ſe ab illa volūtarie auerterūt cū
poſſent vel ꝑſeuerare in gratia vel ꝯſenti
re deo volenti iuſtificare eos. Quarto ar
guit. Nam ipſi cognoſcūt deū ꝛ amāt: er-
go dolent ꝙ ab eo ſunt ſepati. Ad h̄ dicit
ſc̄tus Tho. vbi ſ. ꝙ non ſunt ſepati a deo
oīno puta q̄ntum ad naturalia bona: imo
naturalem habent cognitionē ꝛ de ea gau
dent: ꝛ ſm eam de deo. Quinto arguitur
Nam data iſta ſentētia: ſequit ꝙ eq̄liter
puniat decedēs ſine omni peccato in pu-
ris naturalib9 ꝛ decedēs cū pc̄tō originali
Vterq3 eīm ꝓuat viſione dei. Ad hoc di-
co negādo ſequelā ꝓpter duo. Prio: q2 ſm

ſan. Tho. ⁊ Sco. ꝓuatio diuine viſiõis ei q̃ illam habere nõ debebat: non eſt pena neq̃ damnũ. Talis eſt decedẽs in naturalibus puris. Unde talis nõ punit᷑ hac ꝓuatione: ſicut neq̃ cecus nat⁹ punit᷑ ꝑ h̄ ꝙ impingit ꝓ aliq̄ pctõ actuali. Secundo quia non eſt rõnabile ꝙ talis ſine oi pctõ decedens/includeret᷑ in tenebras gehenne vt iſti pueri quoꝝ pena eſt ꝓuatio viſionis dei et eoꝝ que ad illam ꝯſequuntur: puta loci in q̄ deus videt᷑: ⁊ ſocietatis ſanctoꝝ videntiũ deum. Unde in tenebris cum diaboloꝝ ſocietate recludent᷑. Ultimo arguit᷑. qꝛ Euge. in q̄dam extrauagãti dicit ꝙ tã morientes in actuali q̃ originali deſcẽdunt in infernũ: diſparib⁹ penis puniendi. Ad hoc dico ꝙ eſt ꝓ nob. Iſta em̄ penarum diſparitas eſt ſm diſtantiã damni ⁊ ſenſus. Et nota ꝙ infernus aliquando ſumit᷑ ꝓ ea pte gehẽne in qua ſũt iniuſti. aliqñ ꝓ omni limbo ſeu pte gehenne. Uñ ⁊ chriſtus dicit᷑ pſonaliter ad infernum deſcendiſſe: qui tamẽ ſolũ ad limbum patrũ deſcendit illo modo. et ſic ſumitur h̄ infernus. Et hec de iſta q̄ſtione ad preſens ſufficiant: ⁊ de tota expoſitiõe hac ſuper euangelijs tam de tẽpore q̃ de ſanctis ſm ordinem beati Dominici patris nŏſtri.

# Sed tamen vt

etiam qui ſm ordinẽ curie Romane miſſas celebrare conſueuerunt: euãgelicas lectiones expoſitas legant: iteꝝ q̄dam pauca ſupaddere neceſſe ẽ. ſ. euangelia necdũ expoſita.

# Tabula ad euangelia ꝑquirẽda iuxta morem curie: in aurea roſa: vbicunq̃ in locis ꝓprijs non ſignantur.

Ubicunq̃ aũt euangelium ſm curiam Romanã currens in hoc opuſculo loco ſuo notatum nõ inuenerit: ad tabulã h̄ ſubiectã recurrat. Igitur dñica prima in aduentu euangeliũ Reqre dñica ſcđa in aduentu. Et dñica ſecunda in aduentu: reqre dñica tertia in aduẽtu. Et dñica tertia ď aduentu: reqre in dñica q̄rta eiuſdẽ. Dñica aũt q̄rta: reqre in ſabbato q̄ttuor tẽporũ. In octaua epiphanie. reqre infra. Feria iij. pme hebdomade in q̄dragesima. reqre in dñica ſecũda in q̄dragesima. Dñica ſcđa in q̄dra. reqre in ſabbato precedente. Sabbato poſt dñicam in paſſione: reqre infra. In vigilia aſcenſionis: reqre in ſabbato ante dñicam palmaꝝ. Notandum eſt. ꝯo ꝙ curia dñicam in qua eſt feſtũ trinitatꝫ vocat pmã poſt Pentecoſten. ita ꝙ pma poſt feſtũ trinitatis eſt ſecunda poſt Pentecoſten. Dñica ſecunda poſt Pentecoſten. reqre in dñica ſecunda poſt feſtuꝫ trinitatꝫ. Dñica. iij. poſt Pentecoſten. require in dñica tertia poſt feſtum trinitatꝫ Dñica ꝯo. iiij. require in. v. ⁊. v. in. vj. et vj. in. vij. ⁊. vij. in. viij. et ſic deinceps vſq̃ ad dominicam. xxiij. Dñica. xxiiij. poſt pẽtecoſt. require infra. In feſto ſcti Thome martyrꝫ: require dominica pma poſt octauas paſce. Sancti Antonij de Padua ordinis Minorum: require in feſto bti Dñici. Sctoꝝ ciriaci: largi: ⁊ ſma. reqre in die Aſcenſiõis. Scti Petronij: reqre dñica pma poſt octa. paſce. Beati patris Franciſci: reqre in feſto ſcti Matthie. In cõmuni aplõꝝ euãgeliũ Hec mando vobis. require in feſto Simonis ⁊ Iude. Et euãgelium Ecce mitto. in feſto Tiburtij ⁊ Ualeriani. Et euangeliuꝫ Ecce nos. in commemoratiõe beati Pauli. Et euangeliũ Deſignauit. in feſto bti Luce. In cõi vni⁹ martyrꝫ euangeliũ Nolite arbitrari. reqre in feſto ſancti Ualentini

Et euãgeliũ Nihil opertũ. In feſto ſcti The-
odori. et euãgeliũ Siquis vẽit ad me. req-
re īfra. In cõi plurimoꝝ mar. euãg. cõfi-
teoꝛ. reqre ĩ feſto bti matthie. et euãge. q
vos audit. reqre ĩ feſto ſcti Felicꝭ. ꝛ euan
ge. ſedẽte. reqre īfra. ꝛ ſilr euãge. ve vob.
In cõi ꝯfeſſoꝝ euãge. vos eſtꝭ. reqre ĩ
feſto bti Dñici. Euãge. aũt Videte. req-
re infra. et ſimilr euãge. Nolite timere.

## In octaua epipha. ſm curiã

Vidit ioãnes ieſum veni-
entẽ ad ſe) Jo. j. Iſte aũt aduẽ-
tus chꝛi ad ioãnẽ baptizantẽ in
circa iordanẽ fuit a galilea ſm ſcm̃ Tho.
Qui etiã dr ꝙ iſte aduẽt⁹ nõ ẽ ille q ieſus
venit ad baptiſmũ ioãnis: de q hr̃ Mar.
iiij. qꝛ vt patet in h eodẽ euãge. ioãnes qñ
vidit nũc chꝛm / dixit ſe prius vidiſſe ſpm̃
q̃ſi colũbã deſcẽdentẽ ſup eũ: ꝛ ꝯñr chꝛs
erat iã baptizat⁹. Vñ dr idẽ ꝙ iſte aduẽ-
tus fuit q iã baptizat⁹ ꝛ aliq̃ꝫ diu circa ior
danẽ cõmoꝛat⁹ / venit ad Joannẽ. Venit
aũt ſm eũdẽ poſt baptiſmũ ad ioãnẽ Pri
mo vt teſtimoniũ ioãnis q añ dixerat: ve-
nit fortioꝛ ꝛc̃. magꝭ certificaret̃ neq̃s er-
raret in cognitõe venturi cũ iam adeſſet.
Et ſc̃do neq̃s crederet ꝙ qñ p̄ma vice ad
eũ venit ad baptiſmũ / venerit q̃ſi purgan-
dus a pctis. Vñ ſignt̃ dixit ioãnes q ſe-
quunt̃ (Et ait. Ecce agn⁹ dei: ecce q tollit
pctã mũdi) Ecce q̃ reuerẽter ſeru⁹ ꝓ loquit̃
de dño ſuo: ſic ei reuerentiã exhibuit: etiã
cũ vterq̃ꝫ vtero materno clauderet̃ Ma-
ria ſalutãte Heliſabet. Quare aũt chꝛi-
ſtus dicat agn⁹: vide ſ. in vigil. ſcti An-
dree (Hic ẽ de q dixi: poſt me veniet vir)
ſcꝫ ad p̄dicãdũ ꝛ in noticiã hoim. Venit
aũt ioãnes ad p̄dicãdũ añ chꝛm Prio ſm
Chryſ. qꝛ erat ꝯſanguine⁹ chꝛi ſm carnẽ:
iuxta illud Luc. j. Ecce heliſabet cognata
tua. Si ḡ chꝛo teſtioniũ ꝑhibuiſſꝫ poſtq̃ꝫ
illũ cognouerat: potuiſſet teſtimoniũ ei⁹
eſſe ſuſpectuꝫ. Sc̃do ſm ſcm̃ Tho. qꝛ in
p̄cedẽtibꝫ de potẽtia ad actũ: impfectũ p̄-
cedit pfectũ tpe: ſm illud j. Coꝛ. xv. Non
pri⁹ qđ ſpũale ẽ: ſed qđ aĩale. Doctria aũt
ioãnis erat doctrina chꝛi ipfectioꝛ. (Qui
añ me fact⁹ eſt) eo mõ q expoſitũ eſt dñica
iiij. in aduẽtu (q prioꝛ me erat). i. ab etno
Heb. vl. Chꝛiſt⁹ heri ꝛ hodie ꝛc̃. Joan.
viij. Anteq̃ꝫ Abraã fieret ego ſum. Sc̃dꝫ
bonos em̃ dialecticos iſta ſunt vera. Iſte
homo / chꝛo demõſtrato fuit ab eterno. et
tñ ab eterno iſte hõ nõ erat iſte hõ: nec e-
rat hõ: ſed erat iſte q ex tpe eſt hõ. Ad ve
ritatẽ em̃ p̄dictoꝝ ſufficit ꝙ ꝑſona quã de
monſtrat h iſte ſit eterna: ꝛ ei humanitas
ſit ꝯiũcta ex tpe. Dicit aũt ſctũs Tho. ꝙ
etiã ſm hũanitatem ſuſtineri põt ꝙ chꝛs
ſit fact⁹ ante Joannẽ: qꝛ in ipſo principio
ſue cõceptiõis fuit homo pfect⁹ hñs ani-
mã pfectã oĩ v̄tute ꝛ coꝛpus oibꝫ lineamẽ
tis diſtinctũ: lꝫ nõ pfecte q̃ntitatꝭ. Hiere
mie xxxj. Nouũ faciet dñs ſup terrã: femi
na circũdabit viꝝ. ſ. pfectũ. Fuit ḡ Jeſus
hõ pfect⁹ añ Joãnẽ. qꝛ ꝓri⁹ fuit cõcept⁹ q̃ꝫ
ioannes eſſet hõ pfect⁹. (Et ego neſciebã
eum) quia ratiõe infantie neſciuit facta in
chꝛiſti natiuitate qñ fiebant. deinde ꝓo in
deſerto cõuerſat⁹ nõ habuit familiaritatẽ
chꝛiſti (ſed vt manifeſtet̃ in iſrl̃ ꝓpterea ve
ni ego in aq̃ baptizans) qđ q̃liter ſit intel
ligẽdũ ꝛ ſimilr q ſequunt̃: patet ex dictis
dñica. iiij. in aduentu ꝛ ſabbato p̄cedenti
Et dñica infra octa. epipha. (Et teſtimo
niũ ꝑhibuit Joãnes dicẽs: q̃a vidi ſpũm
deſcendentẽ q̃ſi colũbã de celo: ꝛ mãſit ſu
per eũ. Sed q miſit me baptizare in aq̃: il
le mihi dixit: ſup quẽ videris ſpm̃ deſcen
dentẽ ꝛ manentẽ ſup eũ: hic eſt q baptizat
Et ego vidi ꝛ teſtimoniũ ꝑhibui: qꝛ hic ẽ
filius dei). ſ. naturalis: ſicut alij ſunt filij ꝑ
grãm. Vbi ſm ſcm̃ Tho. aduertendum
eſt quõ Joãnes normã obſeruat pruden-
tis doctoꝛis. Nõ em̃ ſtatim a p̄ncipio doc-
toꝛ prudens ꝓfunda ꝓponit: ſed leuioꝛa.
Sic Joãnes nõ ſtatim a p̄ncipio ſui teſti
monij dixit chꝛm filiũ dei: ſed p̄tulit eũ ſi-
bi dicẽs ꝙ veniret poſt ſe foꝛtioꝛ: cũ tñ tan
te eſſet celſitudinis ipe vt chꝛiſt⁹ credi po
tuiſſet. Deinde ꝓo dixit eũ filiũ dĩ. Sꝫ
ex p̄dictis oꝛit̃ dubitatio: q̃ſnã ſit q Joan
nẽ miſit ad baptizandũ. Si em̃ dicat̃ ꝙ ẽ
de⁹ pater: ſequit̃ ꝙ etiã ſit dei fili⁹. qꝛ iu-
xta regulã theologicalẽ indiuiſa ſũt opa
trinitatꝭ ad extra. Quõ ḡ dr: Ego neſcie
bã eum: ſi ab illo miſſus eſt: Si dicat̃ ꝙ
cognoſcebat eũ ſm deitatẽ: ſed nõ ſm hu

manitatẽ/niſi poſtq̃ vidit ſpũmſctm̃ de-
ſcendentẽ ſup eũ. Cõtra. Nã ille deſcẽſus
fuit qñ chr̃s ẽ baptizat⁹. Joãnes aũt cog
nouit eũ añq̃ baptizaret. al's nõ dixiſſet
Ego a te d̃beo baptizari. Ad hoc aũt vt
d̃r ſctus Tho. tripl'r r̃nderi põt. Prio ſm
Chryſ. cui⁹ mens ẽ hec. Joannes diu añ
baptiſmũ nõ cognoſcebat ieſum ſm hũa-
nitatẽ familiariter. qñ aũt debebat bapti-
zari: iã erat ei familiaris ex viſitatõe freq̃n
ti. ideo dixit: ego a te debeo ₇c. Scd̃o iu-
xta Hiero. cui⁹ mẽs ẽ hec. Joãnes ſciuit
chr̃m eſſe m̃di ſaluatorẽ: nõ aũt eſſe mũdi
ſaluatorẽ p baptiſmũ: ₇ ideo h̃ qd̃ neſciuit
audiuit. ſ. hic eſt q̃ baptizat in ſpũſancto.
Tertio meli⁹ d̃r ſm Aug. q̃ aliq̃d ſciuit
et aliq̃d neſciuit. ſ. q̃ ptãtẽ baptizãdi quã
fidelib⁹ ſuis cõicare potuit: ſibi ſoli retinu
it Et hoc eſt qd̃ dicit Qui miſit me bapti
zare in aq̃. Et infra. Hic eſt q̃ baptizat in
ſpũſctõ. ſ. ſingl'ariter ₇ ſolus. Lz em̃ fide-
libus ɔtulerit ptãtem baptizandi miſte-
rialiter: nõ t̃n interi⁹ mũdãdi aiam a ma-
cula pc̃ti. ſed hãc ſibi reſeruauit ſm ſanctũ
Tho. Uel põt ſolui q̃rto q̃ ioãnes ſciuit
q̃dem chr̃m eſſe filiũ dei ₇ filium Marie
virginis ₇ affinẽ ſuũ: forte etiã anteq̃ deſer
tũ petiuiſſet. ſed t̃n nõ cognoſcebat eũ hic
₇ nunc: ſicut freq̃nt accidit q̃ hõ ſcit ſe ha
buiſſe filiũ quẽ diu nõ vidit: ₇ nũc videt:
et nõ cognoſcit eẽ illũ quẽ ſcit eẽ filiũ ſuũ.

## Sabbato ante dñicã de paſ-ſione ſm curiam

c Ogitauerũt principes ſacerdotũ vt ₇ Lazaꝝ interfice rent) Joan. xij. (q₂ multi ppt il
lum abibant ex iudeis). i. recedebãt a do
ctrina ₇ ſeq̃la phariſeoꝝ. (et credebant in
ieſum) Quis eſt hõ tãpſpicax in cogitan
do ₇ tãfacũdus in orando: vt poſſet viſo
veteri ac nouo teſtamento ₇ viſa p̃rinacia
iudeoꝝ etiã mõ ſufficienter dicere vl' cogi
tare iudeoꝝ iniq̃tatẽ: obſtinatiõez ₇ fatu-
itatẽ Sine dubio plus ſtupeo q̃ ſi viderẽ
ſolẽ retrocedere. Etſi p̃ñtia nõ viderem:
vix crederẽ p̃terita. Ecce reſuſcitato viro
nobiliſſimo mortuo quatriduano tampa
tenter vt negari ñ poſſet: in mortẽ reſuſci
tantis ₇ reſuſcitati cõſpirarũt: vñ tota gẽ
tilitas cõuerti potuerat ſi vidiſſꝫ (In cra
ſtinũ aũt turba multa ₇c.) Habes aũt to
tũ hoc euãgeliũ q̃ ad textũ ₇ gloſas feria
ſecunda poſt palmas.

## Dñica vigeſimaquarta poſt Pentecoſten ſm curiam.

c Um videritis abomia-tionẽ deſolatiõis ₇c.) Matth. xxiiij. Eſt aũt ſciendũ q̃ vt pa
tet ex textu bti Matth. ea q̃ in p̃ñti euan
gelio recitant/dicta ſũt a chriſto poſtq̃ vl
timo aſcẽdit in hierl'm ad paſſionẽ. Cum
em̃ die q̃dam dixiſſet iudeis: Ecce relinq̃-
tur vobis dom⁹ v̄ra deſerta. egreſſi de tẽ-
plo diſcipuli oſtendebant tẽpli ſtructuraſ
q̃ erat mirabilis. Quib⁹ ille dixit/lapidez
ſup lapidem nõ remãſurꝫ. Sedẽte aũt eo
deinde ſupra mõtẽ oliueti vbi futurꝫ ẽ iu-
diciũ: ₇ vnde totũ tẽplũ ₇ ciuitas hieroſo
lyma poterat videri: interrogabant eũ di-
ſcipuli de duob⁹. ſ. euerſione tẽpli ſeu hie-
ruſalem: et aduentu ſecũdo ei⁹ q̃ erit in cõ
ſũmatiõe ſecl'i. Quib⁹ ille r̃ndit ſic in euã
gelio tertio ab iſto ſeq̃nti habet: in q̃ de-
dit mlta ſigna deſtructiõis hierl'm. ſ. mul
tiplicationẽ pſeudoppetaꝝ ac pſeudochri
ſti: ₇ ingruentia mala. Deinde poſt ſupad
didit vltimũ ſignũ euidentiſſimũ ₇ de pro-
pinquo oſtendens ruinã ciuitatꝫ hierl'm
et toti⁹ generꝫ ſeu regni iſraelitici. Et de
hoc ſic d̃r in hoc euangelio (Cũ videritis
abominationẽ deſolatõis q̃ dicta ẽ a Da
niele ppha ſtantẽ in loco ſancto). i. in tem-
plo vel in hierl'm: q̃ erat ciuitas ſctã: vel
in circũadiacẽte regione: q̃ etiã d̃r terra ſã
cta rõne ciuitatis: ſicut ₇ ciuitas rõne tem
pli. Eſt aũt ſciendũ q̃ angelus Dañ. ix
ſic d̃r, Poſt hebdomadas ſexagitaduas,
ſcꝫ annoꝝ: que cõplete ſunt in chr̃i paſſiõe
(occidet chriſtus: et nec erit ei⁹ pplus: qui
eum negatur⁹ eſt) coraꝫ Pilato. ſed ille po
pulus eſt reprobat⁹ ₇ chriſtus elegit ſibi
alium. i. chriãnũ: q̃ eũ non negauit (et ciui
tatem) hierl'm (₇ ſanctuariũ). i. tẽplũ (diſſi-
pabit ppl's) roman⁹ (cũ duce venturo) con
tra hierl'm. i. Tito (Et finis ei⁹). ſ. ciuita-
tis (ac templi) vaſtitas: ₇ poſt finem belli



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtatuta deſolatio. (Confirmabit aūt pa/
ctū) .i. euāgelicā legē (multꝫ hebdomada
vna) q̄ eſt vltima inter ſexagintaduas: in
q̄ chriſtꝰ p̄dicauit. (Et i medio hebdoma
de deficiet hoſtia ꝛ ſacrificiū) qꝛ chr̄s iſti
tuit noua ſacrificia abolitis prioribꝰ (Et in
templo erit abomiatio deſolatiōis) ſignū
euidentiſſimū. Poſſunt aūt p hāc abomi
natiōnē multa intelligi: vt patebit (et vſqꝫ
ad ꝯſūmatiōnē ꝛ finē) mūdi (pſeuerabit de/
ſolatio) hierl'm calcate a gentibꝰ donec im
pleant̄ tpa natiōnū: ꝛ iudei ꝯuertāt̄ ad fi/
dem. Predicta ḡ v̄ba ſaluatoris multiplr
intelligunt̄: qꝛ p abominatiōeꝫ deſolatio/
nis ſm ſcm̄ Tho. m̄lta pñt intelligi. Pri
mo ipſe exercitꝰ romanoꝝ q̄ fuerunt ido/
latre ꝛ iudaice terre deſolatores. Secun/
do aliqd idolū qd iudei abominationem
vocabāt: vt aqla quā legit̄ pilatꝰ inuexiſſe
templo: vel ſtatua adriani/quā poſuit in
loco tēpli vbi ſteterat arca teſtamēti. Cū
ḡ iſta vel illa abominatio fuit in loco ſctō
p̄cipue in tēplo: ſignū fuit datū a ſaluato/
re q̄ iudei non deberēt in poſteꝝ vſqꝫ ad
finem mūdi p̄ualere in terra ſua. Vñ ꝛ iu
xta Lu. ſaluator dixit: Cū videritꝫ circū/
dari ab exercitu hierl'm: ſcitote qꝛ appro/
pinquit deſolatio eiꝰ. Sed tñ qꝛ in dicta
p̄phetia Daniel' ſūt multa myſteria chr̄i:
ideo ſaluator anteq̄ꝫ dicat qd p̄tendat: fa
cit parentheſim dicens (Qui legit intelli
gat) .ſ. qñ incipiant ꝛ qñ terminent̄ hebdo
made Daniel': et quō accipiēda ſint q̄ ille
p̄phetauit. Deinde ꝯtinuat dictū ſuū di/
cens (Tunc qui in iudea ſunt fugiant ad
mōtes) .i. ad regnū agrippe dominantis
in montibꝰ ſm ſctm̄ ꝛ confederati roma/
nis: ad quē fideles admoniti p iſtā p̄phe/
tiam ꝛ declaratiōnē chr̄i ꝛ admonitioneꝫ
angeli ꝯfugerūt ꝛ habuerunt pacē dū iu/
dei p morte chr̄i luerēt penas/oppſſi bel/
lo p Veſpaſianū ac Titū (et q̄ i tecto nō
deſcēdat tollere aliqd de domo ſua: ꝛ qui
in agro nō reuertat̄ tollere tunicā ſuā) qꝛ
ſcꝫ tpˢ erit fugiendi a facie romanoꝝ. Et
vt dr̄ s. Tho. ſaluator vult dicere h̄ ma/
lum ita ſubito venturꝫ vt nō euitet̄. qꝛ Ti
tus ſciens multitudinē ad feſtuꝫ paſcatis
in hierl'm conueniſſe p̄occupauit obſidere
eos in ciuitate. (Ve aūt p̄gnantibꝰ ꝛ nu/
trientibꝰ in illis diebꝰ) quia fugere nō po
terunt: cum licite nequeāt adhortari: nec
cōtra naturalē pietatem pueros derelin/
q̄re. Et eadē rōne ſequit̄ (Orate aūt vt n̄
fiat fuga v̄ra hyeme) in qua eſt difficilis.
(vel ſabbato) in quo iudeis non licebat vl
tra miliare vnū p̄ficiſci. Sed nunqd i tan
ta neceſſitate nō licuiſſet ſabbato fugere?
Dico q̄ ſic. ſed tamen ſaluator intēdit di
cere q̄ fuga erat futura oino. q̄ſi diceret.
Nolite orare ne fiat fuga veſtra; qꝛ oino
fiet. ſed ne fiat tpe incōgruo: quia fiet re/
pente. Quidā tñ vt Nico. de ly. dicunt q̄
ſaluator incipit h̄ loq̄ de tpe antichriſti ꝛ
deſtructionis mūdi. Sed ſctūs Tho. me
lius exponit de hierl'm euerſione. qd pa/
tet Primo: qꝛ tpe deſtructionis mūdi non
erit fuga: ſed terror. Scdō: qꝛ exp̄ſſe bea/
tus Lucas iſta introducit de hierl'm ſub/
uerſione dicēs. Cū videritꝫ circūdari ab
exercitu hierl'm: tūc ſcitote quia appropin
quauit deſolatio eius. Tunc q̄ in Judea
ſunt fugiāt in montes: et q̄ in medio eius
diſcedat: ꝛ q̄ in regionibꝰ/nō intrēt in eā:
quia dies vltionis hi ſunt vt impleantur
oīa q̄ ſcp̄ta ſunt. Ve aūt p̄gnantibꝰ ꝛ nu/
trientibꝰ iu illis diebꝰ. Erit em̄ p̄ſſura ma
gna ſup terram: ꝛ ira populo huic. Et ca/
dent i ore gladij: ꝛ captiui ducēt̄ur in oēs
gentes. et hieruſalem calcabit̄ a gentibꝰ
donec impleant̄ tpa nationum. Hec ille.
(Erit em̄ tunc tribulatio magna) et q̄ nō
poſſet explicari ſꝫ horror ſit cogitare. Op
preſſa em̄ fuit hierl'm tpe azymoꝝ: in quo
chriſtum occiderat poſt annos circiter q̄/
draginta. et in ea concluſa eſt multitudo
populi inualida: que poſſet q̄dem alimen
ta ꝯſumere: ſed nō pugnare aduerſus ini
micos. Et tanta fuit intus ſeditio vt nū/
q̄ꝫ niſi cum romani erant ad muros ceſſa/
rent ab homicidijs q̄ p̄petrabāt ſeditioſi
et q̄dam latrones dicti ſiccarij a ſicca gla/
dio quē latenter ferebant. Tanta fames
vt Joſepho teſte parentes filijs ꝛ filij pa
rentibꝰ nō ſolum de manibꝰ/ſed etiam de
faucibꝰ raperent alimenta: conſtricto gut
ture/ne cibus q̄ os intrauerat/ventrē in/
traret: adeo vt Maria q̄daꝫ nobiliſſima
matrona p̄priū deuorauerit filium. Tāta
peſtꝫ vt iam in ciuitate ſepulcra deeſſent:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ꝛ vrbis vallum cadaueribꝫ replereť. Jō
ſequiť (q̄lis nō fuit ab initio mōi vſq3 mo
do neq3 fiet) ſc3 i pplo illo hebraico: ſm ſā
ctū Tho. lʒ maioꝛ ſit futura tp̄e antichꝛ̄i
vt dicit. Verūtamē lʒ tp̄e antichꝛ̄i fu/
tura ſit maioꝛ tribulatio ſm ſe: tn̄ nō erit
vt credo maioꝛ quo ad tribulatos. qꝛ ma/
gnum ſolatium tunc erit fidelibꝫ ꝙ ꝓ deo
moꝛianť: quo ſolatio carebunt iudei qui ꝓ
ſuis ſceleribꝫ plectebanť. Vellez aūt ꝙ iu
dei redderēt ſi poſſunt cauſam tante vexa
tionis ꝛ tādiu durātis diſpſiōis: aliam a
moꝛte ſui redēptoꝛis (Et niſi breuiati fu/
iſſent dies illi) nō qꝛ tūc dies facti ſint bre
uiores: vt q̄dā dicūt ꝛ recitat Aug. qꝛ vt
dꝛ in pſ. Oꝛdinatiōe tua pſeuerāt dies:
ſed vt dꝛ ſctūs Tho. ſunt breuiati p̄mo i
numero: vel ſcd̄o q̄a breuiata ſunt ma/
la. (nō fieret ſalua omnis caro) id eſt nul/
la caro ſiue nullus homo iudeus euaſiſſ3
quia romani dominabanť in oꝛbe vniuer
ſo: vt dicit ſctūs Tho. (Sed ꝓpter electos
breuiabunť dies illi) Vel quia aliq̄ electi
iudei iam erant ↄuerſi: ꝛ dep̄cabanť pro
illo pplo. Vel qꝛ multi electi de illo pplo
erāt naſcituri: q̄ nati nō fuiſſent ſi ille po/
pulus totalr̄ īteriſſet diebꝫ illis nō bre/
uiatis. Premiſſis aūt iſtis ſaluatoꝛ iā inci
pit ſm ſctm̄ Tho. loqui de ptinentibꝫ ad
ſecundū eius aduentū. Pro q̄ ſciendū eſt
ꝙ duobꝫ tp̄ibꝫ chꝛ̄s dixit apparituros ali
quos q̄ ſe dicerēt eſſe chꝛ̄m. ſ. inſtante de/
ſtructiōe hieruſalē: vt diceť i euāgelio ter
tio ab iſto: ꝛ inſtāte deſtructōe mōi. Et d̄
h̄ ſequiť admonitio chꝛ̄i dicēt3 (Tūc) Di
cit aūt ſctūs Tho. ꝙ ly tūc nō dꝛ tp̄us de
terminatū/ſed ↄfuſum. qꝛ qd̄ ſequiť nō ē
factuʒ ſtatim euerſa hierl̄m: ſed expectať
futuꝝ in fine. Simile habeť Matth. iiij.
vbi diciť: Et habitauit in nazareth. Et ſe
quiť. Tūc venit ioan. ꝛc. ꝛ tamē forte an
ni viginti fuerūt inter illa duo tp̄a. Igiť
tūc. i. tp̄e finis mōi qn̄ apparebūt pſeu
dochꝛiſti (ſiquis vobis dixerit: Ecce h̄ eſt
chꝛ̄s aut illic: nolite credere, niſi eum vide
ritis venientē in nubibꝫ celi glorioſum ꝛ
lucidum inſtar fulguris: imo ſupra ſolez
(Surgent em̄ pſeudochꝛ̄i) id eſt falſi chꝛi
ſti. (ꝛ pſeudoprophete) q̄ erūt eoꝝ fauto/
res (ꝛ dabūt) id eſt faciēt vel cauſabūt: ſi/
cut luna dat lumē ſuū (ſigna magna ꝛ ꝓ/
digia) Nō aūt poſſunt demōes q̄ꝝ auxi/
lio vtunť hm̄oi pſone ſceleſte facere vera
miracula ſiue miraculū ſimplr̄: qꝛ talia ex
cedūt totā ↄtutē creatā: ſed q̄ ad nos. qꝛ ſi
cut ſupioꝛ ꝛ magis ingenioſus artifex ali
q̄d facit: de q̄ mirať inferioꝛ. Ita poſſunt
aliq̄ efficere demōes de q̄bꝫ hoīes mirenť
Que q̄liť faciāt patebit in aliq̄ q̄ſtionuʒ.
(ita vt i errorē inducanť ſi fieri pōt: etiam
electi) Que ſm Origenē ꝑ exaggeratiōeʒ
dicunť ad ſignificandā rei magnitudinē.
Lic3 em̄ electi ſeduci poſſint ꝛ moꝛi in ſe/
ductiōe ſi ſm ſe ↄſiderenť: tamē hoc eſt im
poſſibile: vt ſtant ſub oꝛdine diuine electi
onis (ecce p̄dixi vobis) vt iacula p̄uiſa ca/
ueatis (Si g̊ dixerit vobis: ecce i deſerto
ē: nolite exire. ecce i penetralibꝫ). i. in ſecre
tis locis (nolite credere) ꝛ hic recapitulat
ꝛ ſpecificat qd̄ pꝰ dixerat: vt coꝛdi firmiꝰ
tradať. Deīde ſc̄o docet moduʒ q̄ chꝛ̄s ad
iudiciū ſit venturꝰ. ꝛ reddit cām q̄re p̄di/
cta nō credāť dicēs (Sicut em̄ fulgur exit
ab oꝛiēte). i. generať i ptibꝫ oꝛiēt3 (ꝛ appa/
ret vſq3 i occidētē: ita erit aduētꝰ filij ho/
minis) qꝛ. ſ. erit i pte oꝛiētali i hierl̄m ſuper
mōtē oliueti ꝛ vallē ioſaphat: ꝛ erit mā/
feſtꝰ oībꝫ (Vbicūq3 fuerit coꝛpꝰ: ibi ↄgre
gabunť ꝛ aq̄le) q̄ſi di. Nolite dubitare q̄n
ſciat3 meū aduētū. qꝛ ſic ↄgregāť aq̄le vbi
ē p̄da: ita añ me ↄgregabunť oēs gētes ꝛ
aq̄le. i. ſcti erūt mecū i aere. Dicit āt ſctūs
Tho. ꝙ i hebꝛeo ꝓ ly coꝛpꝰ hꝛ̄ anathe. i. ca
dauer. Vn̄ voluit chꝛ̄s ſcare paſſionē ſu/
am qꝛ veniet p̄ferēs i coꝛpe ſuo ſigna paſ
ſiōis (Stati āt pꝰ tribulatōeʒ dieꝝ illoꝝ)
. i. i q̄bꝫ antichꝛ̄s vexabit eccl̄iam. Sed ↄ
qꝛ d̄ his diebꝫ nō erat facta mētio niſi ſolū d̄
diebꝫ vexatiōis hierl̄m. Dico ꝙ ſicut hie/
ruſalē ſcat i ſcp̄tur3 eccl̄iam. ita eiꝰ vexa/
tio ꝛ euerſio ſcat vexationē ꝛ euerſionem
mōi. Vn̄ vtrāq3 euerſiōʒ p̄cedit aliq̄s ad
uētꝰ chꝛ̄i ꝛ pſeudochꝛ̄i: ꝛ p̄dicatio euāge
lij generalr̄: vt diceť i euāgelio ſc̄o ab iſto
ꝛ pſecutio bonoꝝ ꝛ aboīatio i tēplo: qꝛ ſic
ſtetit idolū i tēplo matiali: ita ſedebit an
tichꝛ̄s i ſpūali. i. eccl̄ia oſtēdēs ſe tāq3 ſit de
us (ſol obſcurabiť ꝛ luna n̄ dabit lumē ſu
um) Patēt āt iſta ꝛ m̄ta ſeq̄ntia ex dict3
dn̄ica ſcd̄a in aduentu (ꝛ ſtelle cadent de

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

celo ⁊ ꝟtutes celoꝝ cõmouebunt. Et tūc
appebit ſignū filij hoīs (in celo). i. crux q̄ŏ
ſignū vt ſ. Tho. exponit ī ipa innouatiōe
mūdi q̄ ī celo lucidiori q̄ꝫ ꝑus appebit erit
ſignū victorie chr̄i quā habuit ꝑ paſſionē
ſuꝑ oīb⁊: ⁊ ſcabit chr̄m ꝑ paſſionem adq̄ſi-
uiſſe iudiciariā p̄tātē ⁊ ꝯfūdet iniq̄s Erit
āt ſm ſ. Tho. h̄ ſignū ſole clarior. Exiſti-
mo āt q̄ erit aliq̄ lux ī modū crucꝫ forma-
ta. Si eīm eēt vere lignū crucis iā corrūpi
nō poſſet ceſſante motu celi: ⁊ ſic durāret
ī eternū: q̄ŏ rōnabilr̄ n̄ videt. q̄ꝛ nullū cor
pus mixtū durabit et̄nalit̄ niſi ſit organū
aīe rōnal' q̄ imortal' ē: vt ſūt corpa hūana
(⁊ tūc plāgēt oēs trib⁊ terre) q̄ chr̄m n̄ ſūt
ſecute: ⁊ tñ iā itelligētes ſe grauit̄ erraſſe
(Et videbūt filiū hoīs venientē ī nubib⁊ ce
li cū ꝟtute mlta ⁊ maieſtate Et mittēt an
gelos ſuos cū tuba ⁊ voce mag̃) Dicit aūt
ſā. Tho. ſuꝑ Mat. q̄ cū ī reſurrectiōe tri-
plex ꝟtus ꝯcurrat. ſ. diuia ⁊ hūana chr̄i: ⁊
angelica q̄ ad aliq̄ ꝑambula. ꝑmā ſcat tu
ba. ⁊ ſcd̄az vox mag̃. ⁊ tertiā āgeli. In q̄r
to āt di. xliij. d̄r q̄ iſta tuba ſcat vocē chr̄i
vl' eiꝰ appitionē. Et veꝝ ē. q̄ꝛ diuia ꝟtꝰ o-
pabit̄ ꝑ chr̄i hūanitatē ſeu ꝟtutē hūanita
tis tanq̄ ꝑ inſtr̄m. Vn̄ ⁊ vox chr̄i ꝑt dici
tuba dei ⁊ ecōuerſo (Et ꝯgregabūt) āgeli
colligētes cineres ⁊ ad iudiciū ꝯuocātes
(a q̄ttuor vētꝫ) q̄ ſt̄ ſubſolanꝰ. i. ſub ſole vl'
ab oriēte natꝰ. fauoniꝰ a fouēdo: flores: q̄
ab occidēte flat: auſter ⁊ meridies ꝑ q̄s h̄
ītelligūt̄ q̄ttuor mūdi ꝑtes (a ſūmis celorū
vſq̄ꝫ ad termios eoꝝ) q̄ŏ d̄r ad ſcandū q̄ n̄
ſolū viui ꝯgregabūt̄ ſꝫ etiā mortui q̄ꝝ aīe
ſūt ī celo ⁊ ī purgatorio; ⁊ corpa ī viſcerib⁊
terre (Ab arbore āt fici diſcite ꝑabolā Cū
iā ramꝰ eiꝰ tener fuerit ⁊ folia nata: ſcitis
q̄ꝛ ꝓpe ē eſtas. Ita ⁊ vos cū videritis hec
oīa ſcitote q̄ꝛ ꝓpe ē ⁊ in ianuis). ſ. aduētus
chr̄i (Amē dico vob: q̄ꝛ nō ꝑtenbit gene-
ratio hec. donec oīa fiāt. Celū ⁊ terra trāſ
ibūt ꝟba āt mea nō ꝑteribūt) q̄ oīa patēt
ex dictꝫ in dñica ꝑdicta

## In feſto vnius martyris ſm curiam.

Iquis venit ad me.)
Luc. xiiij. i. ad ſuitiū meum
volēs meꝰ effici diſcipulꝰ. i.
chr̄ianꝰ vl' religioſus (⁊ nō odit p̄rem ſuū
⁊ m̄rem) q̄ ad lineā aſcēdentiū (⁊ vxorē) q̄
ſcꝫ nō facit aliā lineā aut gradū (⁊ filios)
q̄ ad lineā deſcēdentiū (⁊ frēs ⁊ ſorores) q̄
ad lineā trāſuerſaliū (adhuc āt ⁊ aīam ſu
am). i. vitā aīalē ſeu ſenſitiuā (nō ꝑt meꝰ
eē diſcipulꝰ). i. verꝰ chr̄ianꝰ ⁊ multo minꝰ
verꝰ religioſus. Sꝫ cum q̄libet teneat̄ ex
charitate diligere oēs ꝑdictos: ⁊ multo
magis ſeipm: ⁊ ꝯtr̄ vitā ſuā. iſta ꝟba itel
ligēda ſūt q̄n̄ ꝑdicta ꝑſtāt nob impedimē-
ta accedēdi ad chr̄m. Sicut eīm talia ipe-
dimēta debēt nob diſplicere. ita ⁊ q̄ ea ꝑ-
ſtāt debēt nob diſplicere inq̄ntū ea ꝑſtāt:
lꝫ ſint amēdi q̄ntū ad naturā ⁊ rōne parē
tele. Eſt āt notādū vt colligit̄ hic ex ꝟbis
ſaluatorꝫ q̄ ad venire ad chr̄m ſiue ꝑfecte
eē diſcipulū chr̄i tria req̄runt̄: q̄ꝝ duo re-
ſpiciūt terminū a q̄ ⁊ t̄minū ad quē. Pri-
mū ē ſuꝑare impedimēta extrinſeca q̄ no
tant̄ ꝑ p̄rem ⁊ m̄rem ⁊c̄. Scd̄m ē ſuꝑare
intrinſeca. i. ꝓprias paſſiōes q̄ notant̄ per
aīam. Que duo ꝑtinēt ad recedere a ma-
lo. Tertiū eſt ꝓficiſci ad bonū offerendo
deo corpꝰ ⁊ aīam n̄ram. q̄ŏ notat̄ cū d̄r:
(Et q̄ nō baiulat crucē ſuā). i. ſibi ꝓportio
natā: nō aūt meā: q̄ꝛ eſt aſpa nimis ⁊ cru-
delis (⁊ venit poſt me nō ꝑt meꝰ eē diſci-
pulꝰ) Eſt āt duplex crux aſſumēda. ſ. aīe
id eſt charitas: ⁊ corpis. i. pn̄ia. Dicit̄ eīm
crux ſm aliq̄s a cruciādo. Cruciat āt pe-
nitētia corpꝰ ꝓpriū ⁊ ꝑtes ſenſitiuas: ſm
illŏ Gal'. v. Qui ſūt chr̄i carnē ſuā crucifi
xert̄ cū vi. ⁊ ꝯcu. Charitas āt cruciat ani-
mā ⁊ ꝑtes itellectiuas inq̄ntū fac̄ dolere
d̄ ꝓpa culpa ⁊ d̄ aliēa miſia: ⁊ cōpati ſuo
capiti chr̄o: ſic̄ dicebat Paulꝰ Gal'. ij. Cū
chr̄o ꝯfixꝰ ſū cruci. Aliq̄ āt textꝰ h̄nt cru
cē ſuā q̄tidie. ⁊ ē ꝯ illos q̄ ſexta feria abſti
nent: ⁊ reliq̄s dieb⁊ delitijs: imo crapul' ⁊
luxurijs vacāt. Sed q̄ꝛ dupl'r aliq̄s eſt di
ſcipulꝰ chr̄i. ſ. q̄ꝛ ē chr̄ianꝰ: ⁊ q̄ꝛ eſt religio
ſus. ⁊ ad ꝑmū ſufficit fidēs cū obſuātia. x.
ꝑceptoꝝ: nō āt ad ſcd̄m. ſꝫ vlteriꝰ opꝫ q̄
renūciet diuitijs ⁊ ꝯcupiſcētijs licitꝫ ⁊ ꝓ-
ꝑe volūtati iuxta tria vota religiōis. iŏ d̄
h̄ ſubdit̄ duplex ꝑabola. Dicit̄ ḡ. (Quis
eīm ex vob volēs turrī edificare). i. aggre-
di ꝑfectionē religionis q̄ ſe aduerſus tela
diaboli tueat̄ (nō ꝑus ſedēs) a paſſionib⁊

ḋet⁹ (cõputat ſũpt⁹ q̇ neceſſarÿ ſũt ſi habeat
ad pficiẽdũ).i.q̇ ſibi ſit neceſſaria: ⁊ q̄ oportu
na ad feruent cõplẽdũ ⁊ pagẽdũ h̄ edifi-
ciũ.i.ſtatũ religiõis: cuiuſmodi ẽ ſeipm̄ cõ
tẽnere: puãdo diuitÿs: voluptatib⁹ ⁊ volũ
tatib⁹ ſuis (ne poſtea cũ poſuerit fũdamen
tũ) ſuſcipiẽdo hitũ religiõis vł q̄litcũq̄ i-
cipiẽdo apłicã vitã (⁊ n̄ potuerit pficere)
q̄ꝛ deficiũt ei ſũpt⁹.i.ꝯcept⁹ ſui inq̄tũ ꝓpt
ſuã negligentiã ⁊ tenuẽ deuotiõez nõ põt
ſufferre opprobriũ paupt̄at̄ aut lubricum
carnis vł ꝓprie volũtat̄ motũ cohibere: ſ₃
abſolute deo ꝯuãre h̄ poſſ₃. (oẽs q̄ vide-
rint) eũ deponẽre habitũ vł mutãre ꝓpoſi-
tũ (incipiãt illudere ei dicẽtes: q̄ hic hõ ce
pit edificare ⁊ n̄ potuit ꝯſũmare.) Ecce p̄
mã ſiĺitudinẽ. Secḋa ſcḋa ad idẽ (Aut q̄s
rex).i. hõ viuẽs ꝯtinent vt religioſ⁹ p bo
nũ regimẽ ſuoꝝ affectuũ atq̄ mẽbroꝝ. dr̄
eñ rex a regẽdo (cõmiſſur⁹ bellũ aduerſ⁹
aliũ regẽ).i. aduerſus deũ vł ſynderesim.
S₃ nũq̄d religioſi pugnt̄ ꝯ deũ vł ſynde
reſim? Dico q̄ ſic oino: ſ₃ nõ inq̄tũ religi
oſi vł reges: ſ₃ inq̄tũ hoies fragiles ⁊ ad
illicita ſenſualr̄ iclinati. In pugna eñ ma
teriali nunq̄ rex pugnat cũ rege inq̄tũ re
ges ſũt. q̄ꝛ vt ſic opant̄ ſm̄ iuſticiã ⁊ ꝟtutẽ
et ꝯñr ſũt oẽs ꝯcordes i bono: ſ₃ pugnãt
inq̄tũ alt̄ coꝝ deſinit ẽẽ rex p h̄ q̄ ſuã vo
lũtatẽ bñ nõ regit/cũ velit iniuſta. Et ſiĺr
religioſus hõ inq̄tũ a religiõe p cogita-
tiões illicitas cadit: pugt̄ cũ deo ⁊ ſynde
reſi. (nõ ſedẽs pri⁹ cogitat ſi poſſit cũ decẽ
milib⁹ occurrere).i. cũ obſeruãtia decẽ p̄-
ceptoꝝ (ei q̄ cũ.xx. milib⁹ vẽit ad ſe).i. do
vł ſynderesi q̄ exigit ab eo obſeruãtiã.x.p̄
ceptoꝝ: ⁊ vlteri⁹ ꝯſiliꝝ. (alioq̄n).ſ. vidẽs
religioſ⁹ q̄ licite n̄ põt abũdare pecunÿs
ad votũ diſtrahẽdis nec obſcenis cogita-
tiõib⁹ m̄rimonÿ occupari aut ꝓprio ſenſu
opari. (adhuc illo lõge agẽte).i. anteq̄ ve
niat mors: in q̄ maxie de⁹ ⁊ ſynderesͣ agũt
aduerſus illecebras ⁊ oĩa illicita (legatio-
nẽ mittẽs).i. bonã deliberatõez faciẽs (ro
gat ea q̄ pac̄ ſũt) ꝯſentiẽdo deo ⁊ ſyndere
ſi i obſuãtia p̄dictoꝝ ſeipm̄ totalr̄ ꝯtẽnen
do ⁊ dicãdo deo ac p̄lato ſuo. Vñ ſubdit
pabolaꝝ ꝯcł'o (Sic ḡ ois ex vob̄) q̄ iã eſt₃
chr̄iani. Loq̄bat̄ eñ chr̄s turbis q̄ eũ ſeq̄
bant̄ ⁊ ꝯñr credebãt i eũ. (q̄ nõ renunciat
oib⁹ q̄ poſſidet).i. iuri diuitiaꝝ ⁊ m̄rimo-
nÿ ⁊ ꝓprie volũtat̄ (n̄ põt me⁹ ẽẽ diſcipul⁹)
eo modo quo apłi ⁊ religioſi: ſ₃ poſſit ẽẽ
chriſtian⁹ ⁊ ꝯſeq̄nter ſaluari.

## In cõi pl'imoꝝ mar. ſm̄ curiã.

(Sedente ieſu ſup montẽ
oliueti) Mat. xxiiÿ. Ad intelle
ctũ hui⁹ euãgelÿ notãda ſũt aliq̄
dicta in p̄ncipio euãgelÿ tertÿ an̄ iſtd̄.ſ. q̄
chr̄s circa tp̄s ſue paſſiõis dixerit tẽplum
ſalomonis euertẽdũ: ⁊ inde ꝓcẽdit mõtẽ
oliueti: q̄ eſt e diuerſo mõt̄ in q̄ erat tem-
plũ īnt̄ q̄s mõtes ẽ vallis ioſaphat ⁊ tor-
rẽs cedrõ. Dr̄ ḡ (Sedẽte ieſu ſup montẽ
oliueti) ſup q̄ in die iudicÿ ſtabit. et erḡ tẽ
plũ ⁊ ciuitas hierl'm pulcerrime videbat̄
(acceſſerũt ad eũ diſcipuli ſecreto).i. ſeor-
ſũ a turbis ⁊ a toto collegio diſcipl'oꝝ. q̄a
vt pat₃ Mar. xiÿ. iſti interrogatores fuerũt
petr⁹: iacob⁹: ioãnes: ⁊ andreas (Dicẽtes
Dic nob̄ q̄ñ hec erunt?).ſ. deſtructio tẽpli
ac ciuitat̄ (⁊ q̄d ſignũ aduẽt⁹ tui ⁊ ꝯſũma
tiõis ſecli) q̄ ambo erũt ſiĺ ſumẽdo ꝯſũma
tionẽ ſecli p ꝯſũmatõe ſtat⁹ q̄uẽ mõ h₃ ſe
culũ: q̄.ſ. ẽ generatiõis ⁊ corruptiõis. In
vno eñ iſtãti vel ꝑe in q̄ chr̄s appebit ſu
p mõtẽ oliueti firmabit̄ celũ ceſſãdo a mo
tu: ⁊ ꝯñr nihil ãpli⁹ generabit̄ vł corrũpet̄
q̄ꝛ remouebit̄ hoꝝ cã.i. mot⁹ celi. Sicaũt
dr̄ s. Tho. totũ q̄d chr̄s r̄ñdet diſcipul' i
h̄ euãgelio ⁊ i tertio an̄ iſtd̄: q̄dã.i. Aug.
referũt ad ſpũalẽ aduẽtũ chr̄i q̄ venit i nu
bib⁹.i. p̄dicatorib⁹ ad hoim mẽtes ꝯſolã-
das. q̄dã ꝓo totũ referũt ad chr̄i aduentũ
vltimũ in iudicio. q̄dã ꝓo totũ ad euerſi-
onẽ hierl'm. Chryſ. ꝓo dr̄: q̄ dñs p̄mo re
ſpõdet d̄ euerſiõe hierl'm. ⁊ ſcḋo de aduẽ-
tu ſuo ſcḋo. Et dr̄ ſibi videri q̄ expoſitio
Chryſ. ſit p̄ferẽda. vñ ad deſtructionem
ꝑtinet totũ q̄d eſt in hoc euãgelio: ⁊ aliq̄d
q̄d ẽ in tertio an̄ iſtd̄: vt ibi dicitũr. Sed
tñ nota q̄ d̄ſtructio hierl'm fuit figura de
ſtructõis mũdi. ⁊ q̄ d̄ vno hoꝝ dicit̄ ſũt ali
q̄ mõ vera de alio: vt ibidez dictũ eſt (Et
r̄ñdẽs ieſus dixit eis) vidẽs dare ſig̃ euer-
ſiõis tẽpli ⁊ hieroſolymoꝝ (Videte neq̄s
vos ſeducat. multi eñ venĩet in noie meo)
nõ q̄dẽ q̄ſi diſcipli mei vt apłi. ſed q̄ſi ego
ip̄e (dicẽtes: ego ſũ chr̄s). Talis fuit ſimõ

magus:q̄ teſte ſctō Tho. dixit ſe v̄bū dei:
deū magnū:oīa dei. vt patet Act. viij. de
eo dicebāt:hic ē virt⁹ dei q̄ vocat magna
Tal' etiā fuit ſimō ēe⁹/teſte Joſepho:ꝑ/
dicās ſe chr̄m eē ⁊ Judee liberatorē. Ta
les fuerūt mlti ſcḋm glo. tpe euerſiōis hie/
ruſalē dicētes tp̄s libratꝫ appropinq̄ſſe:vt
theodas ⁊ iudas galile⁹. de q̄b⁹ hr̄ Act.
v. (⁊ mltos ſeducēt) ſic ibi patet ꝺ theoda
ꝑeūte cū ſuis. i. q̄n gētꝫ (Audituri āt eſtꝫ ꝓ
lia) añq̄ꝫ fiāt ꝯ iſtā ciuitatē (⁊ opiniões pli
oꝝ) q: q̄dā opinabant rebellādū eē roma
nis:q̄dā nō. Vñ ⁊ mōſtra q̄ de⁹ ōñdebat
vt cometā:q̄ ꝑ āñū ꝑſeuerauit:⁊ acieꝫ ar/
matoꝝ ꝑ āera diſcurrētes:⁊ hmōi:q̄dā in
bonū:⁊ q̄dā in malū interꝑtari conabant
(Videte ne turbemi) quaſi finis ſit mūdi
(Oportz eñi hec fieri:ſed nōdū ē finis). ſ.
ſecli:etſi hierl'm. Erat aūt vt ḋr s. Tho.
tūc tribulatio tāta vt mlti crederēt mōm
deſituꝝ. Et h̄ nimiꝝ/(Cōſurget eñi gens
in gētē). ſ. fortꝫ in fortē. i. romanorū gēs i
gentē iudeoꝝ:(⁊ regnū aduerſus regnū:⁊
erūt peſtilētie ⁊ fames ⁊ terremot⁹ ꝑ loca)
Oia eñi hec añ hierl'm deſtructōez euene
rant:ſꝫ mlto peiora i ip̄a deſtructiōe. Vñ
ſubdit (Hec aūt oia initia ſunt doloꝝ) q̄ſi
di. maiora expectāda fore i poſteꝝ. (Tūc
tradēt vos in tribulatōem) q: vt ḋr ſctūs
Tho. dicebāt mala euenire ꝓpt ſectā chri
ſtianoꝝ, et h̄ tā gētiles q̄ꝫ hebrei (et occi/
dēt vos:⁊ eritꝫ odio oib⁹ gētib⁹) vt mors
oñdit martyꝝ ifinitoꝝ (ꝓpter nomē meū)
O ꝯſolatiōez maximā tribulari ꝓpt chr̄m
ad quē ſꝑam⁹ ꝑ tribulatiōes venire letio/
res. (Et tūc ſcādalizabant mlti). i. impin
gent ⁊ cadēt a fide ⁊ dilectiōe chr̄i timore
ꝑdēdi diuitias ⁊ vitā. Scandalon āt gre
ce/latine impactio ḋr. (⁊ inuicē tradēt) q̄a
vn⁹ chr̄ian⁹ fidē negās interdū aliū latēn
tē detegebat:vt ꝓſilē ē. Vel iuicē tradēt
hoies etiā affines. ſicut patet de cognato
Pauli ꝑmi eremite (et odio hēbunt inui/
cē) vel rōne diuerſitatꝫ fidei vel cupidita/
tis diuitiaꝝ vl' hmōi. (Et mlti pſeudo). i.
falſi (ꝓphe). i. ꝑdicatores (ſurgēt et ſeducēt
mltos) ſic patꝫ de pſeudoapl'is: cū q̄bus
paulus ⁊ alij apl'i freq̄nt dimicabāt. ⁊ de
q̄b⁹ paul⁹ ſcribit Gal. iij. O iſenſati gala/
thei q̄s vos faſcinauit ⁊c̄. (Et q̄m abūda
bit iniq̄tas) ꝑſecutoꝝ (refrigeſcet charitas
mltoꝝ) chr̄ianoꝝ (Qui āt ꝑſeuerauerit vſ
q̄ꝫ i finē/hic ſal. erit) Pñt āt oia hec expo/
ni etiā ꝺ chr̄i aduētu ad iudiciū:vt dictū ē

## Aliud

V Euobis q̄ edificatꝫ mo/
numēta ꝓphaꝝ) Lu. xj. Ad itel
lectū aūt hui⁹ euāgelij ſciendū
eſt vt patet ex textu Lu. q̄ dn̄s hec verba
dixit in domo cuiuſdā phariſei q̄ ad prā/
diū iuitauerat illū. ſed dixit ea rñdēs cui/
dā legiſꝑito ſeu ſcribe. Vñ Matt. ḋr iſta
dicta eē ſcribis ⁊ phariſeis q: vtriq̄ꝫ ade/
rāt. Et q̄ mlti erāt ⁊ iudei erāt:iō eccl'ia
ḋr iſta dicta eſſe turbis iudeoꝝ:maxie q̄a
fortaſſe aderāt etiā aliq̄ ꝺ plebeis. igit ḋr
(Ve vob) Per q̄ḋ ſcḋm Hiero. iportat eī/
na dānatio (q̄ edificatꝫ monumēta ꝓphaꝝ.
Pr̄es aūt vr̄i occiderūt illos) Sed nun/
q̄d ē malū edificare ſepulcra aut eē filium
homicide: Certe nō:neq̄ꝫ h̄ rep̄hēdit ſal/
uator. Quidam aūt/vt ḋr s. Tho. dicunt
chr̄m h̄ rep̄hēdere intētiōez:q: iō edifica/
bāt ꝓphaꝝ ſepulcra:vt i memoria eētꝫ ini/
q̄tas patꝝ ſuoꝝ. Sꝫ vt ait/hec expoſitio
l'r̄e ñ ē ꝯſentanea. Chryſ. āt ḋr q̄ rep̄hen
dit intētionē glīe vane:ꝓpt quā monumē
ta ſtruebāt. Vl' pōt dici q̄ chr̄s eis cōmi
nat ve:nō q: fabricabāt illa ſepl'cra:ſed q:
ex vna ꝑte magnificabāt ꝓphas fabrican
do:⁊ ex alia cogitabāt occidere dñm ꝓphe
taꝝ. Vñ chr̄s facit mētiōez ꝺ iſta fabrica
nō q: eēt mala:ſed q: peccabāt i ſili: ſic ſi
dicam⁹: Ve his q̄ faciūt elemoſynas reli/
gioſis ⁊ excoriāt pauꝑes (Profecto teſti/
ficami) ip̄o oꝑe ⁊ dicto vr̄o. dicebāt ei pa
tres ſuos fuiſſe ꝓphaꝝ occiſores (q̄ ꝯſen/
tiatꝫ oꝑib⁹ patꝝ vr̄oꝝ:q̄m q̄dē ipi eos occi
derūt. Vos āt edificatꝫ eoꝝ ſepulcra) Sꝫ
ꝯ. videt potius q̄ ꝓſtarent oppoſitū: q:
honorabāt q̄s pr̄es occiderāt. Rñdēt ali
q̄ q̄ hec ꝓſtatio nō erat ꝑ hāc fabricam:
ſed ꝑ ꝯſpiratōez in mortē chr̄i. Sꝫ ꝯ hoc
videt eē text⁹ q̄ ḋr: q̄m q̄dē ⁊c̄. vbi reddit
cā dicti. Chryſ. autē ḋr q̄ teſtificabant ſe
eē filios homicidaꝝ. Vñ ⁊ ſaluator iuxta
Mat. ſic ḋr. Itaq̄ꝫ teſtimonio eſtꝫ vobiſ/
metipſ: q: filij eſtꝫ eoꝝ q̄ ꝓphas occiderūt
Et q: filij cōit tales ſūt q̄les ⁊ pr̄es:iō cō

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# In cōi cōfeſ. ſʒm curiā

ſeqnter ex q̃ ꝑ op⁹ ꝛ dictū ſuū directe teſti ficabanť ſe eē ſucceſſores ꝛ filios homici daꝝ: īdirecte etiā teſtificabāť ſe eis aſſimi lari. Propťea) qꝛ eſtis ſiľes pr̄ib⁹ vr̄is (ſa piētia dei dixit). i. ego ip̄e q̄ ſum ſapia. i. ꝑ ſona cui ſapia appropať in diuinis: dixi. (Mittam ad illos ꝓphas ꝛ apľos) poſtq̄ꝫ miſero de celꝭ ſpm̄ ſctm̄ (ꝛ ex eis occidēt ꝛ ꝑſeqnť (vt inqrať). i. exigať (ſanguis). i. pe na ꝛ vindicta ꝑ ſanguie. (oim̄ ꝓphaꝝ: q̄ ef fuſus ē a ꝯſtitutiōe mūdi a generatiōe iſta a ſanguie abel iuſti vſqꝫ ad ſanguinē Za charie filij barachie: q̄ periꝫt inter altare ꝛ edē). i. i atrio inťiori tēpli: ita ꝙ iſta edes ē dom⁹ in q̄ erāt arca/mēſa ꝛ cherubin ꝛc̄. (Ita dico vobis reqreť ab hac generatiōe Ve vob legiſꝑitis q̄ tuliſtis clauē ſcie). i. clauē q̄ ē ſcia: q̄ ad ſecretā ṽitatē itroducit ad inſtar clauis quā ipi tuleꝛt. i. acceperꝛt vľ tulerūt. i. abſtulerꝛt: qꝛ apľis abſtulerūt q̄ntū i ſe erat noticiā legis euāgelice (Ipi nō itroiſtis) ad ṽitatē fidei (ꝛ eos q̄ intra bāt ꝓhibuiſtꝫ. Cū hec ad illos diceret: ce perūt phariſei ꝛ legiſꝑiti ḡuiť iſiſtere ꝛ os ei⁹ opp̄imere de multꝫ inſidiātes ei q̄rētes cape aliq̄d ex ore ei⁹: vt accuſarēt eū) Ce tera q̄ ꝑtinēt ad itellectū hui⁹ euāgelij. vi de in die bti Stephani

## In cōi cōfeſſoꝝ ſm̄ curiā

V Idete vigilate ꝛ ora te) Mar. xiij. (Neſcitis eni q̄ñ tps ſit) ſcꝫ iudicij: de q̄ ſalua tor loqbať. vel mortis: q̄ñ. ſ. ſit iudiciū particulare de ſingulis aiab⁹ Et hic ſic ſupple: ego eñ dñs veſter ſum ſicut hō qui peregre ꝓfect⁹ ē) q̄ reliqt do mū ſuam: ꝛ dedit ſeruis ſuis poteſtatē cu iuſqꝫ operis) id eſt cuilibet mādauit quid faceret (ꝛ ianitori) ꝑ quem ſignificať ratio in homine (p̄cepit vt vigilet. Vigilate ḡ/ neſcitis eñ q̄ñ dñs dom⁹ veniet: ſero an media nocte an gallicantu an mane) quod planū eſt ſi de aduētu in morte loq̄mur: ſi ṽo loq̄mur ꝺ aduētu ad iudiciū: lꝫ ille cre dať futur⁹ i crepuſculo diei: tñ nō ē certū (Nedū venerit repēte iueniat vos dormi entes. Qđ aūt vobis dico oib⁹) futuri tē poris chr̄ianis (dico: vigilate) qđ ṽbū mľ ti freq̄nter audiētes ꝛ raro exeq̄ntes/repē tina morte damnanť

Sunt ꝛ q̄dā alia euāgelia q̄ ſm̄ curiā ad diuerſa ꝓpoſita recitanť ꝛc̄. ſ. Vnū de cōmuni ꝯfeſſoꝝ. ꝛ vnū vľ duo q̄rūdā miſ ſaꝝ extrauagātiū. ſed nullaꝫ penit⁹ habēt difficultatē. Et ſic ꝑ grām chr̄i imponaꝫ terminū Auree Roſe: in q̄ ſi dicere volu iſſem q̄cunqꝫ dici poſſent: imo q̄ occurre rūt animo: neceſſario effeciſſem nō mō vnū veꝝ ꝛ plura volumia vaſte magnitudis. De⁹ eñ q̄ loq̄bať in chr̄o cū ſit infinite ſa piētie: pl⁹ ṽitatis i doctrina ei⁹ ꝯcluſit ꝛ implicuit: q̄ꝫ ꝑe vllo humano īgenio poſ ſit explicari. Igiť deo optimo/maximo/ oīmſciēti/oīpotēti/oīmi bonitate pollēti: q̄ ſapie ꝛ ṽitatis eſt poſſeſſor atqꝫ largitor: ſit honor ꝛ glīa ꝑ infinita ſecula ab omni creatura.

# Opus perutile

intitulatū Roſa aurea: Id eſt p̄clariſſima expoſitio ſuꝑ euāgelia toti⁹ anni de Tpe ꝛ de Sctis/tā ſm̄ ordinē p̄dicatoꝝ q̄ꝫ ſm̄ curiā: ꝯtinēs flores ꝛ roſas oim̄ expoſitio nū ſctoꝝ doctoꝝ antiq̄ꝝ cū q̄buſdā ſubti liſſimis q̄ſtiōib⁹ ſatis curioſis Preclariſſi mi ꝛ excellētiſſimi ſacre theologie docto ris mgr̄i Silueſtri de Prierio pedemōta ni/ſacri ordinis p̄dicatoꝝ de obſuantia/ ſollerti cura emēdatū atqꝫ impſſum i im ꝑiali oppido Hagenaw ꝑ induſtriū He ricū Gran calcographū inibi incolā impē ſis ſumptibuſqꝫ ꝓuidi viri Joannis ryn man de Oringaw archibibliopole. Finit feliciter Anno ſalutis noſtre. M.D.x. Die ṽo vltimo Octobris.